


Ersterwähnung des Ortes / der Orte: Valdorf (zu Vlotho, Kreis Herford)

Erstmals erwähnt: 1055/1056



Urkundensignatur: LAV NRW W Kloster St. Maurit und Simeon, Minden -

Urkunden, Nr. 1

Transkription gedruckt in: WUB I Nr. 148, S. 115-116

Regest

Bischof Egilbert von Minden überträgt dem von seinem Amtsvorgänger als Bischof von Minden, Bruno, gestifteten Kloster St. Maurit und Simeon in Minden 56 Hufen sowie 29 Unfreie beiderlei Geschlechts in Reitersdorf, Lindungen, Wettbergen, Aminghausen, Häberstädt, Humenheim, Wehrbergen (?), Massbeeke, Valdorf, Unhausen (?), Holzhausen, Ohr (?), Wickbolsen, Hadessen (?), Päpinghausen, Didinghausen und Schalksburg sowie einen Garten in Minden neben dem bischöflichen Hof.

Transkription

1. In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Egilbertus humillimus Mindensis aecclesiae Deo annuente episcopus
2. omnibus suis successoribus divina ordinatione futuris post huius vitae longitudinem aeternam beatitudinem. Quam vana et quam instabilis huius mundi gloria sit omnibus quae velut umbra per-
3. transit, cuius memoria amplius nulla erit, beatae memoriae antecessor meus, huius Mindensis sedis antistes Bruno, rite pertractans, quicquid de propriis hereditario iure sibi successis et de eiusdem sibi
4. commissae aecclesiae beneficiis extra usum necessarium habere potuit, ibidem Deo famulantium ad sustentationem, pro Chounradi imperatoris memoria, suique filii Heinrici tercii regis sospitate, et regni eiusdem stabilitate,
5. nec non pro se suorumque antecessorum et cunctorem se post subsequentium, seu pro omnium fidelium tam defunctorum quam viventium requie fideliter contulit, quantinus pro his transitoriis aeterna beatitudine
6. perfrui mererentur in caelis. Huius pie devotionis conceptum divinae miserationis indeficiens clementia, quae semper quod bonum est inspirando praevenit, dedit etiam perficere, quod se inspirando excogitavit.
7. Loci igitur eiusdem monasteria quae antecessorum suorum industria invenit constructa et iusta eorum collatione adaucta non solum mihi sua sollicitudine reliquid inviolata, sed de propriis
8. hereditatis suae bonis satis ample et magnifice in prandiis fratrum et sororum ibidem in Dei servitio manentium augmentata. His virtutum gradibus predictus Dei famulus ad alta proficiscens, coepit in
9. insula quadam Wisarae fluminis iuxta Mindon posita aecclesiam fundare ad laudem et honorem domini nostri Jesu Christi sanctique Petri patroni nostri et sancti Gorgonii martiris, et speciali sancti Mauricii sociorumque
10. suorum commendatam privilegio, in qua religiosos monachos congregavit, quatinus in sancto proposito tanto liberius ibidem Deo servirent, quatinus a secularibus longius distarent. Verum haec

11. in Deo rite administrata, uti per omne tempus inconvulsa permaneant, sapienti
usus consilio sub tuitionem Heinrici inperatoris suorumque successorum in
perpetuum defendendam ipsam aecclesiam
12. collocavit. Huius venerabilis patris tam egregia facta quotiens ego indignus et
omnium minimus mecum revolve, illius uicem suscepisse valde erubesco, qui
in nullo opere actus eius prosequi
13. valeo. Sed haec mihi sepius cogitanti occurrit illa sancta vidua, quae pro
duobus minutis recepta est in aeterna tabernacula, et quod prius parvitas mihi
hereditatis negavit, bona voluntas postmodum
14. habundanter subministravit. Tradidi vero ad idem monasterium quod Bruno
antecessor meus construxit, ex his quae ad ius meum proprie pertinebant,
nec quisquam mihi contradicere
15. habebat, LVI. mansos et XXVIII. mancipia utriusque sexus. In Reteresthorpe
per singulos annos II. carrata vini. In Lindungon III. mansos.
16. In Wetberga III. Mansos. In Amanhuson X. mansos cum V. mancipiis. In
Hevericstide III. mansos cum IIII. mancipiis. In Humenheim X. mansos cum I.
prato,
17. et cum V. mancipiis. Wehcbikae XIII. mansos cum X. mancipiis et I.
molendium. In Alesbike VIII. mansos. Et decimacionem in **Valethorpe**, et in
Unhuson, et in
18. Holthuson, et in Hildinesfelda decimationem trium aratorum. In Holthuson II.
mansos et I. mancipium. In Otheron II. mansos et V. mancipia. In
Wicbolesson II. mansos.
19. In Hatdisson II. mansos. In Papingohuson I. mansum et I. aream. In
Didingohuson I. mansum et I. aream. Et aream I. in ipsa ripa fluminis Wisarae
iuxta Scalcaburg
20. ad acquirenda ligna in silva vicina. Et hortum I. in Mindon iuxta curtim
episcopalem. Haec pro nostra mediocritate huic contulimus aecclesiae, et uti
perpetualiter inviolata
21. et inconvulsa permaneant, ex auctoritate sanctae et individuae Trinitatis et
principali potestate beati Petri apostoli, cuius vicem ego indignus gero,
quisquis ea infregerit aut ulla fraude minuerit,
22. nisi cum satisfactione redeat, in perpetuum excommunico, nec sit ei pars in
terra viventium, sed corpore et anima descendat in infernum.

Siegelbeschreibung

Siegel fehlt.

Ortsnamen

Mindensis:	Minden, Kreis Minden-Lübbecke
Reteresthorpe:	Reitersdorf, zu Bad Honnef, Rhein-Sieg-Kreis
Lindungon:	Lindungen; Lokalisierung unsicher
Wetberga:	Wettbergen, zu Hannover
Amanhuson:	Aminghausen, zu Minden, Kreis Minden-Lübbecke
Hevericstide:	Häverstädt, zu Minden, Kreis Minden-Lübbecke
Humenheim:	wüst bei Minden ?
Wehcbikae:	Wehrbergen ?, zu Hameln, Landkreis Hameln-Pyrmont
Alesbike:	Massbeeke, zu Vlotho, Kreis Herford
Valethorpe	Valdorf, zu Vlotho, Kreis Herford
Unhuson	Identifizierung unsicher
Holthuson	Holzhausen, zu Porta-Westfalica ? Zu Hille ?
Hildinesfelda	Hilligsfeld, zu Hameln, Kr. Hameln-Pyrmont
Otheron	Ohr ?, zu Emmerthal, Kr. Hameln-Pyrmont ?
Wicbolesson	Wickbolsen, zu Hessisch-Oldendorf, Kr. Hameln-Pyrmont
Hatdisson	Hadessen ?, zu Hessisch-Oldendorf, Kr. Hameln-Pyrmont ?
Papingohuson	Päpinghausen, zu Minden, Kreis Minden-Lübbecke
Didingohuson	Didinghausen, wüst bei Päpinghausen
Scalcaburg	Schalksburg in Hausberge, zu Porta Westfalica, Kreis Minden-Lübbecke

Abschrift der Urkunde und Zusammenfassung

Abschrift	Regest
<p>In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Egilbertus humillimus Mindensis aecclesiae Deo annuente episcopus omnibus suis successoribus divina ordinatione futuris post huius vitae longitudinem aeternam beatitudinem. Quam vana et quam instabilis huius mundi gloria sit omnibus quae velut umbra pertransit, cuius memoria amplius nulla erit,</p>	<p>Bischof Egilbert von Minden</p>
<p>beatae memoriae antecessor meus, huius Mindensis sedis antistes Bruno, rite pertractans, quicquit de propriis hereditario iure sibi successis et de eiusdem sibi commissae aecclesiae beneficiis extra usum necessarium habere potuit, ibidem Deo famulantium ad sustentationem, pro Chounradi imperatoris memoria, sui que filii Heinrici tercii regis sospitate, et regni eiusdem stabilitate, nec non pro se suorumque antecessorum et cunctorem se post subsequendum, seu pro omnium fidelium tam defunctorum quam viventium requie fideliter contulit, quantinus pro his transitoriis aeterna beatitudine perfrui mererentur in caelis.</p> <p>Huius pie devotionis conceptum divinae miseracionis indeficiens clementia, quae</p>	<p>überträgt dem von seinem Amtsvorgänger als Bischof von Minden, Bruno, gestifteten Kloster St. Mauritz und Simeon in Minden 56 Hufen sowie 29 Unfreie beiderlei Geschlechts in Reitersdorf, Lindungen, Wettbergen, Aminghausen, Häberstädt, Humenheim, Wehrbergen (?), Massbeeke, Valdorf, Unhausen (?), Holzhausen, Ohr (?), Wickbolsen, Hadessen (?), Päpinghausen, Didinghausen und Schalksburg sowie einen Garten in Minden neben dem bischöflichen Hof.</p>

semper quod bonum est inspirando praevenit, dedit etiam perficere, quod se inspirando excogitavit. Loci igitur eiusdem monasteria quae antecessorum suorum industria invenit constructa et iusta eorum collatione adauca non solum mihi sua sollicitudine reliquid inviolata, sed de propriis hereditatis suae bonis satis ample et magnifice in prandiis fratrum et sororum ibidem in Dei servitio manentium augmentata. His virtutum gradibus predictus Dei famulus ad alta proficiscens, coepit in insula quadam Wisarae fluminis iuxta Mindon posita aecclesiam fundare ad laudem et honorem domini nostri Jesu Christi sanctique Petri patroni nostri et sancti Gorgonii martiris, et speciali sancti Mauritii sociorumque suorum commendatam privilegio, in qua religiosos monachos congregavit, quatinus in sancto proposito tanto liberius ibidem Deo servirent, quatinus a secularibus longius distarent. Verum haec in Deo rite administrata, uti per omne tempus inconvulsa permaneant, sapienti usus consilio sub tuitionem Heinrici inperatoris suorumque successorum in perpetuum defendendam ipsam aecclesiam collocavit. Huius venerabilis patris tam egregia facta quotiens ego indignus et omnium minimus mecum revolve, illius

uicem suscepisse valde erubesco, qui in nullo opere actus eius prosequi valeo. Sed haec mihi sepius cogitanti occurrit illa sancta vidua, quae pro duobus minutis recepta est in aeterna tabernacula, et quod prius parvitas mihi hereditatis negavit, bona voluntas postmodum habundanter subministravit. Tradidi vero ad idem monasterium quod Bruno antecessor meus construxit, ex his quae ad ius meum proprie pertinebant, nec quisquam mihi contradicere habebat, LVI. mansos et XXVIII. mancipia utriusque sexus. In Reteresthorpe per singulos annos II. carrata vini. In Lindungon III. mansos. In Wetberga III. Mansos. In Amanhuson X. mansos cum V. mancipiis. In Hevericstide III. mansos cum IIII. mancipiis. In Humenheim X. mansos cum I. prato, et cum V. mancipiis. Wehcbikae XIII. mansos cum X. mancipiis et I. molendium. In Alesbike VIII. mansos. Et decimationem in Valethorpe, et in Unhuson, et in Holthuson, et in Hildinesfelda decimationem trium aratrorum. In Holthuson II. mansos et I. mancipium. In Otheron II. mansos et V. mancipia. In Wicboleson II. mansos. In Hatdisson II. mansos. In Papingohuson I. mansum et I. aream. In Didingohuson I. mansum et I. aream. Et aream I. in ipsa ripa fluminis

Wisarae iuxta Scalcaburg ad acquirenda ligna in silva vicina. Et hortum I. in Mindon iuxta curtim episcopalem. Haec pro nostra mediocritate huic contulimus aecclesiae, et uti perpetualiter inviolata et inconvulsa permaneant, ex auctoritate sanctae et individuae Trinitatis et principali potestate beati Petri apostoli, cuius vicem ego indignus gero, quisquis ea infregerit aut ulla fraude minuerit, nisi cum satisfactione redeat, in perpetuum excommunico, nec sit ei pars in terra viventium, sed corpore et anima descendat in infernum.